terferunt, neque illi perperam.

παντας αλκας και) tria haec non legit Arch.
Post Μεγαρες τε, & post δη παντων commata
Ald. Cam. I. II. idemque post αλλων.

των δη αλλων — ταφοι) Haec decem negle-
xit socors Arch. scriba: Plutarch. Malign. p.
872. F. descripsit. Post τετες δη abest comma
Ald. Cam. I. II. neque habent post πυνθανοματ.
Ablegatam hinc longissime cupiunt voculam,
ως, sicari & L. II. 8, nullo iure, uti admoni-
tum ibi. Wessel.

επαισχυνομενους) αισχυνομενους Plut. επαισχυ-
νομενους Arch Vind. Brit. Paris. A. B. Ald. απαισχυνο-
μενους Med. Pass. Ask. quod recipi non debuerat
a Gronovio, sanequam intolerabile, atque Plu-
tarcho multisque aliis damnatum. Attigit non
absque censura Abresch. Dilucid. Thucyd p.
6. Wessel. απαισχ. non alibi repertum hinc
etiam eiicietur, restituto Herodoteo επαισχυνο-
μενους. Valkenar.

τη απεσοι) fortasse suo more scribendi po-
suerat τη απεσυι vid. supra notata P. 42 Valken.
αποσοι της μαχης εγενοντο εκασες Arch.

χωματα χωσαι κεινα) Suidas in χωματα at-
tigit. Tum κεινα Plut. Vind. Arch. Ask. Paris B.,
olim ex Ald. κοινα. Multo plausibilis & veritati
adfinis κεινα. Aliorum sepulcra caesorum
cada-

cadavera habebant recondita, erantque adeo ταφοι πληρεις. Contra ea κεινα υακια & ιθανια, quae deinceps fuerunt aggesta, meraque adeo cenotaphia. Atque haec Scriptorem voluisse, res clamat, agnita a Galeo & D'Orvillio ad Charit. p. 47. & quis in tanto codd. scriptorum consensu haesitaret? *Wesseling.*

εινεκα) εινεκεν Vind. Arch. Pass. Ask. levi discrimine. Post ταφος colon, post τον comma Ald. Camer. I. II. abest comma post μετα ταυτα.

Αιγινητεων) των Αιγινητεων Pass. Ask.

Κλεαδην) Αλεαδην Med. Ask. Pass. vicinia literarum A. & K. lapsi. Praeter alios contra venit Plat. Malign. p. 873. A. ubi Κλεαδας ο Πλαταιευς. *Wessel.*

αυτων) Arch. Vind. Pass., rectius opinor; αυτων alii cum Ald. vid. VII. 5.

ad Cap. LXXXVI.

γρατευεσθαι) Arch. Vind. Ask. Brit. Paris. A. B. Ald., quod pelli non oportuerat: γρατευειν iJed. Pass.

εξαιτεεν αυτων) Quia mox sequitur, εν πρωτοισι δε αυτων, vere mihi Koenius correxisse videtur, εξαιτεεν ασεων της μηδισαντας· ασεων Jonico flexu legitur infra c. 93. Idem vitium a viris doctis saepe sublatum, velut a Leopardo Em. I. c. 16. ff. Vossio ad Melam II c. 3. Jo. Pierfsono Verisim. p. 38. hic illic veterum scriptis etiam nunc inhaeret: in fragm. Orat. Isaei apud Dyionys. Hal. T. 2. p. 176, 28. scribendum: οτι η μητηρ αση τε εσι, και ο πατηρ &

& v. 39. ην ἔτοι ὁμολογεῖσιν ἀσὴν εἶναι, pro vulgatis αὐτῆ & αὐτῆν. In Epicharmi loco apud Diog. Laert. II. 16. procul omni dobio corrigendum: nihil mirum, ἀνδάνειν ἀσοῖσιν ἀσῆς. Reliquit mendam Grotius in versu Moschionis, excerpt. e Stobaei Eclog. p. 117. αὐτῆ δ' ἐπυργώσαντο' urbes postulare sententiam Poetae unicuique patebit attendenti, atque adeo etiam reponendum; ἀσὴ δ' ἐπυργώσαντο, καὶ περισκεπεῖς Ἐτευζάν οικῆς. Valkenar. cui adsentimus. Post μηδισάντας punctum Ald. Cam. I. II.

ἀπο τῆς πόλιος — ἐξελῶσι) desiderantur ista sex in Arch.

Post ἀπικομενοι comma, idemque post ἑταῖρ μνον Ald. Cam. I. II.
προσεβαλλον) προσεβαλλον Arch.

ad Cap. LXXXVII.

Abest comma post καὶ Ald. Cam. I. II.

σινεομενοι) σινεομενοι Arch. Post ταυτε punctum Ald. Cam. I. II., quibus abest comma post Ἑλλησι.

-η, ἐξελῶσι) Med. Pass. Ask. Vind. Arch. Paris. Brit. Alii cum Ald. πρὶν η.

αὐτοῖσι) non est in Arch.

πλῶ) Omittit idem, qui & ἀναπληση cum Med. Pass. Ask. Ceteri cum Aldo ἀνατληση.

εἰ μιν) ην Arch. Vind.

ἐξαιτθωνται) ἐξαιτθωνται Arch. Vind., haud quidem prave.

ε δη) ε δε Ask. Post παρεξομεν punctum Ald. Cam. I. II.

ad Cap. LXXXVIII.

Colon post ασεος Ald. Cam. I. II.
 αυτη) non novit Arch. post απαχθεντας
 comma Ald. Cam. I. II. idemque in his post
 ανδρος, & τας, & post οι μεν.

επεποιθεσαν) επεποιθεσαν διωσασθαι. Arch.
 Vind. prius etiam Edit. Genev. 1618. επιπεθε-
 σαν Ald. Parif. A. Brit. επεποθεον Med. Pass. Ask.
 Divinationem Aem. Porto, audester abs Gene-
 venfi editore insertam textui, veram schedae
 praestant. Itaque de Aldino & nupero επεπο-
 θεον, alibi invisitato commentabor nihil. Westh.
 την συμμαχων) την των συμμαχων Ald. Ca-
 mer. I. II. in iisdem post απηκε colon, & post
 Κορηθον comma.

γανομενα) Arch. Pass. Vind., commodius
 quam γινομενα Ald. & aliorum.

ad Cap. LXXXIX.

εγινετο) εγενετο Arch. Vind. Ask.

επι τε) επεσ τε ex errore typorum Ald. Ca-
 mer. I. II.

αναιρωτευν) Ask. Vind. αναιρωτων Arch. Pass.
 in aliis ανηρωτευν. Post ο δε Αεταβαζος abest com-
 ma Ald. Cam. I. II.

εθελει). εθελες Arch. Vind. επειν iidem &
 Pass. Ask.

αυτος τε) αυτος τε Ask. post απολεσθαι com-
 ma Ald. Cam. I. II.

οιετο) ωιετο Pass. Ask. Brit. post ταδε ρα-
 εtum Ald. Cam. I. II., sed nullum comma post
 εγω μεν.

κατα την ταχισην) καταταχισηα Arch. κατα
 ταχισην Pass. Ask. τυμ Arch. ελων, uti Med.
 Pass.

Pass. Vind., ελθων Ask. Brit. ελθειν Ald.
 Laudatore Gronovio recte hoc ελων es gloria-
 or. εξ οτε βασιλευς Καμβυσης ηλασε es Αιγυπτον
 . III. 63. Wessel. post Θρηικην colon Ald. Ca-
 ner. I. II. abest comma post εχω.

Post Μαρθονιος abest comma Ald. Cam. I. II.
 quod positum in his post αυτε.

ετος κατὰ ποδας) ευδus κατὰ ποδας Herodo-
 tum dedisse suspicabatur Koenius, teste Valke-
 nario, quod nobis quoque perplacet.

εμευ) Med. Pass. Ask., με, quod Arch. non
 habet, alii cum Ald.

τετον και ζενιζετε) Med. Pass. Arch. Vind.
 Ask., και deerat Ald. &c.

υμιν) ημιν Ald. Cam. I. II. in queis & com-
 ma post ποιευσι.

Θρηικης) Θρηικης Arch. Ask. & iterum.

Θρηικων τε) τε non legitur in Ask. Pass.
 Comma post συσαντας Ald. Cam. I. II.

αυτος) ετος Arch. Vind.

ad Cap. XC.

Post ημερης comma Cam. I. II. in quibus &
 Edd. συνακυρωσε ex errore typographi. Vulgatum
 habet Arch. Pass. Ask.

Μυκαλη) Μυκαλη Arch. Mox επει γαρ δη
 eleganter Pass.

εκατεατο) κατεατο Pass. Ask. Brit. sine aug-
 mento. vid. lib. III. 144.

Θρασυκληος) ο Θρασυκλεος Arch. Vind. po-
 terius & Ask. Post Περσεων comma Ald. Ca-
 ner. I. II.

Θεομητορος) Θεομνητορος Arch. Θεομητορος
 Med Ask. prave. vid. lib 8. 85. In suo cod.

Appar. Herod. Vol. V.

Q

Val-

Valla reperit Θεομνηστορος. In Med. Gronov. Θεομνητορος. Sed ut hic, supra g. 85. idem ille dicitur Θεομνητωρ, ubi narratur, quam ob causam Sami fuerit a Pertis tyrannus constitutus. Valken. Comma post sequens τον Ald. Cam. I. II.

οι Περασαι) duo ista non novit Ask. Post πολλα comma, post παντοια punctum Ald. Camer. I. II.

αποσησονται) Arch. Ald. αποσησωνται alii. Ecce iterum negligentiae specimen. Veritatem, quam sollertissimi viri, Aldus & Camerarius, tenuerunt, infecuti neglexerunt omnes. Tantumpe molestiae eos inspicere? praesertim cum illam verbi formam res ipsa postularet. Eadem in proximis socordia. Wesseling. Post υπομενεσαι punctum Ald. Cam. I. II.

υπομενωσαι) Med. Pass. Ask. Arch. Vind. Ald. perperam postea υπομενωσαι. Sequens αν negligit Arch.

νηας) νεας Arch. Vind. post εναι comma Ald. Cam. I. II.

προαγοιεν) προαγαγοιεν Arch. Vind. ταυ ετοιμοι εναι εν τησι νηυσι τησι id. & Pass.

ad Cap. XCI.

και κατα) Abest και Arch. Ceterum Eutychedes supra & deinceps Valla, male. Comma nolum post συντυχην Ald. Cam. I. II.

το ενομα) neque hoc legit Arch. & Vind. Comma post ε δε Ald. Cam. I. II. quae colon post επε ponunt.

ωρημητο) ορημητο Arch. & Vind., non ωρημητο, ut plures.

Ηγησιρατον) Ηγησιρατον Arch. Valla, ante
 Ηγησιρατος cum Ald. — Vid. L. VIII. 114.
 ubi Aristophanem, Δεχσ τον ανδρα, και τον ορνι
 τσ θεσ stabilire τον Ηγησιρατον Arch. videtur.
 In hominis nomine, exercitus ductore, bonum
 omen erat. Wessel. Non, quod vulgatur, τον
 Ηγησιρατος, sed τον Ηγησιρατον Galeus exhi-
 bet ex Arch., neque aliter legit Valla. Hoc si
 Herod. adiecit, scripsisset potius, me iudice,
 δεκομαι οιανον τον Ηγησιρατον: velut omen accipio
 nomen Hegeſistrati: ut paullo post dicitur οιανον τε
 θνομα ποιευμενος: in Plauti Pseud. II, IV. 22. χα-
 ρινον οιανον ποιω. Eurip. Phoen. 865. Οιανον εθε-
 μην καθλωνικα τα εσφη: sed e vicinis notissimum
 forsan ab alia manu nomen fuit adiectum Hege-
 ſistrati, ab Herodoto autem scriptum, δεκομαι
 τον οιανον, ω ξενε Σαμιε. Romanorum illud, ac-
 cipio omen, sic solet Graecis simpliciter dici δε-
 χομαι τον οιανον, sive τον ορνι: την κληδονα: το
 μαντευμα: το χρησθε: — Valken. Nos Arch. &
 Vallae Ηγησιρατον recipiendum duximus. Post
 Σαμιε punctum Ald. Cam. I. II. in his comma
 post πισιν.

δικως) lego ορεκς, & post πισιν interpono πριν η.
 Neque tamen haec mutatio necessaria. Goldbag.

η μην) η μην & μη μην formulae iurandi ad-
 firmativae & negativae, pro quibus Jones η μεν
 & μη μεν, Gregorio Corinth. teste, usurpari
 solebant. Quare η μεν hic emendandum cen-
 suit Larchevius, librariis tribuens η μην.

προθυμς) Pass. Ask. Arch. Vind. ora Steph.
 Valla; προθυμς alii conf. c. 60.

ad Cap. XCII.

Post *οι μιν* comma Ald. Cam. I. II.

πλεον) Med Pass Ask. Arch. Vind. Valla; *ποιουν* prius ex Ald. *τον Ηγησιφρατον* non hic norunt Arch. Vind. Valla. Post *καύματος* colon Ald. Cam. I. II. sed nullum in his comma post *Ελληνες*.

εν Ιωνιω) *Ιονικω* Arch. Valla. *τω Ιωνιω* Ald. Cam. I. II. quod rectum putamus.

ad Cap. XCIII.

Τετα) *Τε* Arch. Vind. quod non aspernor.

εσι εν τη) Attigit hæc Eustath. ad Hom. p. 1717. 44. Post *ταυτη* comma. post *πρεβητα* colon, post *τα* comma Ald. Cam. I. II. quæ punctum post *ποταμον* ponunt.

Δακμανος) *Δακμονος* Arch.

Ωρικον) Spectavit Eustath. ad Dionys. v. 389.

Post *ανδρες* comma Ald. Cam. I. II.

γαρ) *τε* Arch. Post *ταυτα* abest comma

Ald. Camer. I. II. in quæ colon post *τινος*.

απο) deest in Brit. Post *αραιρημενος*, comma

Ald. Camer. I. II.

την Φυλακην) Omittunt Pass. Ask.

επηισε) *επησε* Ask. *επισησε* Arch. quod ex

Reuchliniana ortum videtur pronunciatione.

εφραζε) *εφραζε* Arch. & mox *ενιω* loco

εν νουω.

αλλ' ως) *ως δε εκυθάντο* Arch.

υπο δικασηριον) Med. Pass. Ask. Arch. Vind.

Paris. B. Alii cum Aldo *es το δικασηριον*. Alii

passim dicitur *υπαγειν εις δικην & εις δικασηριον*

ut hic olim legebatur *es το δικασηριον*. Optime

tamen consilio Gronov. ex Med. cod. reposuit

ὑπο δικασηριον quippe Herodoteum: ὑπο δικασηριον ὑπαχθεis exstat lib VI. 72, & ὑπο reperitur in eadem locutione VI. c 181, 105, & 136. ubi Xanthippus Mikiadem θανατε ὑπαπαγων ὑπο τον δημον εδωκε. PRO απηγον scribendum ὑπηγον θανατε in Xenoph. Hellen. V. p. 333. 27. Valkenar. post κατεκριναν abest comma Ald. Camer. I. II.

κατακοιμησαντα) Consentiant scripta exemplaria, atque iterum proxime. Rectius tamen cum Reiskio κατακοιμισαντες την φυλακην id enim, ubi vigiliae dormiendo transmittuntur, suum sibi locum capeffit. Aelian. de Animal. III. 13. Grues ὑπερ τε μη κατακοιμισα την φυλακην, ισασι μιν ασκωλιαζεσαι, ne vigiliae tempus edormiant, alternis pedibus nituntur, & L. I. 15. προτιμοτερον τροφης και πρεσβυτερον το μη κατακοιμισα την φυλακην. Quod alibi την φρεραν ε κατανουσαζεν scribit. His autem prope vicinum ὑπαγαγοντες μεν ὑπο δικασηριον Herodotei moris est. Alii aliter, de quibus Ruhnkenius ad Timaei Lex. p. 188. Wesseling. Qui somno sopitus ovium neglexerat custodiam eleganter dicitur κατακοιμισας την φυλακην nam pro κατακοιμισαντος recte mihi rescripsisse Reiskius videtur, και κοτε αυτε κατακοιμισαντος την φυλακην, & deinceps, ως την φυλακην κατακοιμισαντα idem illud vel hinc sumptum, vel ex ipso Hecataeo praebet Aelianus de N. Anim. XIII. 22. Valken.

καρπον) Praeteriit hanc vocem Arch., sed adi III. 65. Idem deinceps προβατα δε cum Vind. & Valla, qui pecora verterat, expresso, quod scriptus illi liber ostendebat. Consimile in Arch. & Vind. errorum P. Leopard. Emend VIII. 1.

& Palmerius iudicarunt. *Wesseling*. Post *Δωδωνή* comma Ald. Cam. I. II. in quibus post *εγενετο* colon.

εγενετο) Arch. & Vind., quod melius quam *εγενετο* Ald. & aliorum.

επειρωτευ) *επειρωτων* Ask Arch. *επορωτευ* Ald. &c. *επειρωτευ* correctio Reiskii postulat. *Wessel.* Post *οι δε & εφεραζαν* commata Ald. Camer. I. II.

εκεινω) abest Arch. qui *τιμωροντας* prave, & *δωσεν* cum Pass. Commata post *δωσι* & *των* Ald. Cam. I. II. in his commata quoque post *ταυτας* & *τας* & post *εληται*, eademque post *τοιαυτην* & post *την* in iisdem.

ad Cap. XCIV.

ασηων) *ασηων* Ask ut supra. Post *εποιουτι* comma Ald. Cam. I. II.

ερωτευον) Arch. Pass. Ask. Vind. Alii cum Ald. *ηρωτευον*. Abest comma post *ειλετο* Ald. Cam. I. II. commata in his post *δωσεν* & *των*, sed nullum post *ειλετο*, habent autem id post *αγρης* & *Απολωνιη*, itemque post *την*.

τη πολι) abest articulus Pass. Post *πολι* comma in Ald. Cam. I. II.

επηβολος) *επιβόλος* Arch. Post *ενα* punctum Ald. Cam. I. II. Comma in his post *και ο μη* & punctum post *υπολαβοντες*.

τοι) *τε* Arch. male. Colon post *γενομενα*, comma post *ο μεν* Ald. Cam. I. II. quae comma post *ταυτα* non ponunt, neque post *λογον*, sed habent post *τα* ante *ειλετο*.

υνομασος) *ονομασον* Arch. post *γενεσθαι* comma Ald. Cam. I. II.

ad Cap. XCV.

δι' ὅ duo haec non leguntur in Arch.

αγοντων) αγαγοντων Arch. Vind.

εργα) εργα Ask. επιων την Ελλάδα. Graeciam obiens, Reiskius ex suspitione plausibili, si scripti codd. adstipularentur, Valkenar. Quam cum Larcherio, vel sine codd. recipiendam censemus. Deiphonus enim nunquam, pretio conductus, contra Graecos vaticinasse videtur.

ad Cap. XCVI.

Post Σαμον colon Ald. Cam. I. II.

Καλαμισοισι) Λαμιοισιν Arch. Valla neglect. — Alexis Samius, ap. Athen. Deipnos. XIII. c. 4. p. 572. F. Veneris hac in insula templum memorat, dictum εν Καλαμοις, unde locum in insula fuisse patet, Καλαμοι appellatum. Ex quo Larcherius εν Καλαμοισια emendandum censuit, quam doctissimi Herodotei interpretis emendationem ad certitudinem quam proxime accedere putamus. Post οι μεν comma Ald. Camer. I. II. ὀρησαμενοι Pass.

εσ ναυμαχων) Med. Pass. Ask. Arch. Vind.

Paris. B. Brit, antea ex Ald. ως εσ ναυμ. Exterminavit Wessel. ως, alioqui haud intolerabile, addi quippe & omitti solitum c. 97, Codd. conspirante imperio: non item απεπλεον, ad sententiam necessarium. Poterat utique, si quid prae se incommodi ferret, ex cap. seq. επιπλεον lenissima fingi medicina. Geminum lib. 8. 74. ως εσ την Πελαγονησον χρεων επι αποπλεωσιν Wessel. Omissam in Med. voculam ως, si praebent alii codd., sede non moverem, qua aptissime haec:

ret: παρεσκευαζοντο ως εσναυμαχιην· ut Xenoph.
Hellen. II. p. 267. 33. παντα παρασκευασαμενος ως
εσναυμαχιαν· p. 269. 4. ως εσ πολιορκιαν παρα-
σκευαζειν την πολιν· Thurycyd. VI. 67. παρεσκευα-
ζοντο ως εσ μαχιην· idem saepe dicitur ως επι ναυ-
μαχιαν. Valkenar.

νηας· νεας Arch. Ask., etiam superius. Post
αλλας colon, post Φοικων comma, idemque
post σφι Ald. Cam. I. II.

απεπλεον) hoc verbum abest ab Med. Pass.
Ask., comma abest Ald. Cam. I. II. conf. Wes-
selingii annotat. proxime praecedens.

Μυκαλη) Μυκαλη Arch. semper. Comma
post τε ante πληθος Ald. Cam. I. II.

πληθος) πληθος Arch. μεν ην εξ Ald. Ca-
mer. I. II.

υπο τετον) Med. Vind. Pass. Ask. Arch. Pa-
ris. B., prius επι. Post στρατον comma Ald. Ca-
mer. I. II.

οι τε ναυτικε στρατηγοι) Absunt quatuor haec
Arch. qui perperam μοχ ιρημα των.

ad Cap. XCVII.

Comma post βελευσαμενος, colon post αντι-
γοντο Ald. Cam. I. II. in his comma post τη αν-
τε Δημητρας.

ιρον) εστιν ιρον Arch. Vind. Comma post το
ante Φιλιςως Ald. Cam. I. II. nullum post ιδρυσα-
το, sed adest post Κοδρα.

επισπομενος) επισπομενος Med. Pass. Ask ma-
le, melius Eustath. ad Dionys. v. 823. citans.

κτισον) Sic edit. Genev. 1618. Arch. Vind.
Med. Pass. Ask., κτισην Ald. επι της Μιλητε κτι-
σιν; velut Herodoteum, legitur apud Eustath.

in Dionys. 823: qui sinceram nobis formam κτισ-
 τυν servavit ad Hom. II τ. p. 1245. 40, quam
 hinc Herodoto iam restituit Portus: alia huius
 noduli supra prostant P. 42: Ad κτισυν accedit
 Hesychii Δωρητος, κατασκευη. Eidem Φρασης &
 εκφαις, εννοια apud Suidam αΦρασεις sunt ασυν-
 εσεις. ad Hesych. quaedam notata sunt in αποδα-
 ρως. σωφρονιστος. mirror, apud Platonem reperiri
 T. 2. p. 139. E. Valkenar.

και λιθων) και abest Arch., post λιθων com-
 ma Ald. Cam. I. II.

νικησοντες) νικησοντες επ' αμφοτερα. sic Ald.
 Arch. Vind. Paris. A. B. & priores editi, non
 item Valla, quam distinctionem Reiskius laudat,
 & praefert, nescio cur? Wessel. Post επιλεγομενοι
 γαρ comma Ald. Cam. I. II.

παρεσκευαδατο) παρεσκευαζοντο margo Steph.
 Arch. Vind. Pass. Ask.

ad Cap. XCVIII.

απορη τε ειχοντο) εν απορη δε Arch. Vind.
 Praepositio, quam scheda offerunt, locum
 recipere poterit. Τελος Δαρεις τε εν απορησι
 ειχοντο lib. 4. 131. Alibi tamen abest, vid. lib. 3.
 129. Wessel. Post αποβαθρας comma Ald. Ca-
 mer. I. II. idemque post και αλλα.

και αλλα) και τα αλλα Vind. Arch.

παρακεκριμενον) παρακεκρυμμενον Arch.

πρωτον μεν εν) Duas litteras male repetitas,
 legendumque suspicor πρωτον μεν τη νηι Valken.

εγχειψας) Med. Arch. Pass. Paris. B. εγ-
 χειψας Ald. Ask. Paris. A. Vind. Brit. Nihil qui-
 dem interest εγχειψας scribatur, αν εγχειψας,
 prius tamen tamquam suavius posuisse videtur,

ut II. 60., συχρημαίναντες την βαρην τη γη, ubi non variant codd. Valken. Contra se, tamquam in acie, codd. consistunt scripti; partis prioris συχρημαίναντες vinceret, si vetustatis ratio diceretur, quod antea lib. 2. 60. animadversum. *Wessel.*

Post *ἰωσι* comma Ald. Cam. I. II. idemque post τα ante λεγω, & post των ante εγω.

συμμισηγωμεν) συμμισηγωμη Arch. Vind.

παντων) desideratur in Arch.

ακισσας) εσαικισσας Pass & μοχ εποικισσωντος

Arch. Vind. haud quidem prave. Comma post περιγηματος Ald. Cam. I. II.

επειτα) επει τε Arch.

ad Cap. XCIX.

δη ταυδε) Med. Pass. Ask. Vind. Aberat δ.

Post Έλληνες punctum Ald. Cam. I. II. comma in his post τας ante ελαβον.

οι Ξερξω) υπο Ξερξω Arch. Valla, quod

Galeus inconsulte pro sincero habuit.

τας Αθηνας) Omittunt τας Pass. Ask. Com-

ma post των Ald. Cam. I. II. omittunt comma post εχον.

εσ κορυφης) εσ τας Arch. Vind. Pass. Ask.

post Ιωνων abest comma Ald. Cam. I. II.

τοισι και κατεδοκων) Cuncta Persas cum spe-

ctent, de sermonis adfuetudine expectasses,

τας και κατεδοκων — επιλαμβομενος quam etiam

in sententiam Diodorus XI. 33. ac Polyaeus

VII. 35 abierunt. Valla ad Jonas, res novas

animo agitantēs, adplicuit, quasi τοισι και κα-

τεδοκες — quibus videbatur, sequacemque

Pavium impetravit. Equidem Valkenario cal-

culum adposuerim, mancam arbitrato structu-

ram, ope quidem ingenii, sed ob Mss. taciturnitatem dubia, sanandam. Nullam vero νεοχμον αν τι hic eo colore & c. 193. fingi, quod νεοχμος semper in substantivis nominibus ponatur. Adesse mutaturo debuerat βασιλευς χωρας Κρεων ο Μενοικεων νεοχμος, h. e. νεος, νεωσι κατασαδεις, ut Critici in Sophocl. Antig. V. 164. *Wesseling*. Aliud quid requiri videtur, a quo pendeant isti dativi: forsitan excidit vox ob praecedentis similem terminationem. Dicit, ni fallor, potuit, τοισι και καταδοκειν ενεον νεοχμον αν τι ποιειεν δυναμιος, επιλαβομενοισι: quibus & inesse putabant, ut facultatem adepti nova molirentur. De Samiis & Milesiis, quos sibi suspectos iasserint Persae τα της Μυκαλης ακρα φυλαττειν Ρο-lyaeν. VII. c. 45. *Valken*. cuius in sententiam abivit *Larcherius*, sequente *Degenio*.

γερρα) γερα Arch. suo more, sed pravo. Post σφι colon Ald. Cam. I. II.

ad Cap. C.

προσησαν) Med. Ask. Paris. B. προσησαν Ald. Vind. Pass. Paris. A. Brit. προσεισαν Arch. Comma post σφι Ald. Cam. I. II.

Colon post παν Ald. Cam. I. II.

κοματωγης) Respexit *Eustath.* Hom. p. 1540. 25. Post ωδε colon Ald. Cam. I. II. in his comma post πρηγματων & post Πλαταιησι, itemque post τραματες, colon post κινδυνευειν.

της αυτης ημερης συμπιπτης) *Inconcinna* & *impedita* videntur. Quid quaeso ημερης συμπιπτης & της αυτης in primis? Non equidem obliviscor lib. 8. 15. συνεπιπτε δε ωπε ταις αυταις ημεραις ταις ναυμαχιας γινεσθαι ταυτας, sed dif-

con-

convenit, uti apparet. sicuti quod sequetur mo-
 c. 100. Fortus has verborum difficultates anim-
 advertens ex arbitrato accessiones adiunxit,
 quae fastidium movent. Justior eiusdem admo-
 nitio, Vallam *συμπιπτοντος*, aut *συμπεσοιτος*
 legisse videri: verissime quippe; *ετις τινος eodem*
die contigit utraque clades, ea, quae ad Plataeas &c.
 Idemque ego ambabus amplector. Belle di-
 stincta *της αυτης ημερης, συμπιπτοντος τε η-*
και τε εν Μ. μελλοντος εσεδαι τρωματος, Φημι τω-
σι — decurrent, atque ad Plataeas acceptam &
 ad Mycalem futuram Persarum cladem, utram-
 que eodem die, iungent. Qua loci in medela,
 sive malis coniectura, suffragatores viros do-
 cuit *Ravium & Reiskium* produco. Res autem
 ipsa suadet, neque Diodor. lib. XI 25. aut Po-
 lytaen. lib. I. 33. infitiantur, Leotychidae in spar-
 so de parta ad Plataeas victoria rumore impera-
 toriam eminuisse fraudem. *Wesseling.* Receptit
 emendationem hanc verissimam *Larcher.* & se-
 quitus est *Deginius.*

ad Cap. Cl.

Δημητριον εγενετο) Arch. Vind. Pass. Ask. in
 Ald. & aliis & *εγενετο*, quod importunum dele-
 vit *Wesseling.* & *Valkenario* quoque vocula & ex
 syllaba videtur praecedente nata, & delenda cum
Reiskio & Koenio.

ερηται) *ερητο* Brit. post *εσεδαι* colon Ald.
 Cam. I. II.

Post *Πλαταιησι* comma Ald. Cam. I. II.
Πλαταιη Arch. *πρωι* Ald. Cam. I. II.

εγενετο) Ask. rectius, antea *εγενετο* cum
 Ald.

πειν την) πειν η Arch. Vind nec necessario,
nec male. Abest comma post Έλληνων Ald.
Camer. I. II. itemque post Έλληνες & βαρ-
βαροι, post ησος & post Έλλησποντος.

ad Cap. CII.

Comma post Αθηναίοισι Ald Cam. I. II. Vir
doctus, aut προσεχως legendum, aut delendum est
τεταγμένοιισι, Nimis pro imperio Amo lenia
in adfectis remedia, si qua opus. Tale hic nihil;
omnia enim Herodotei moris, & obvia Wessel.

κ8) Med. Pass. Ask. Arch. Vind. ante ex
Ald. κατά των. κ8 ex schedis bene Gronov. Μα-
λισα κ8 lib. VII. 21. & consimilia non latent.
Wessel, Comma post αιγιαλον τε, & post χα-
ραδην, itemque post περιήισαν Ald. Cam. I. II.

κεραι) Med Pass. Ask., κεραι Ald. Vind. Arch.
Brit.

ορθια η τα γερα) ορθια & γερα Arch.

των προσεχων) των non est in Arch.

γενοιτο) γενηται Arch. Ask. Pass. Vind mar-
go Steph. Post εργον comma Ald. Cam. I. II.

γαρ τα) δε τα Arch. Vind. Post γερα com-
ma Ald. Cam. I. II. idemque post οι δε, post
Αθηναίοι δε, post Κορινθιοι & Σικωνιοι.

ετοι) ετω Brit. Pass Ask. Steph. ora, satis
tolerabile, tum οι επεξης Arch Vind. bene. hinc
articulus, qui aberat Ald. & Edd.

συνεσπιπτο) Pass. συνεσπιπτον Med. Paris.
B., συνεπιπτον Arch. Vind. Ask Brit. Ald. Quod
praebuit Med. Cod, aliis etiam usitato more
scribendi posuerat Herod. sive συνεσπιπτον es
το τεχος ut Ill. 78. οι συνεπιπτητι, nempe es τον
ανδραωνα. plura dedit Abresch. in Dilucid. Thu-
cyd.

cyd. p. 656. Hic ante vulgatum το in eundem sensum reperitur apud Polyæn. II. c. 35. οἱ δὲ κατοπιν επομενοι συμπεσοντες της πολεως εκρατησαν· III. 9. 45. συνηκολεθησεν αυτοις και συνεπεσον εις την πολιν· VI. I. 2. εισεδραμει προς την μητερα, & duo tresve, *liberum συνεπεσον*· hic συνεσεπεσον Casaubon., primo loco συνεσεπεσοντες, corrigebat Koenius. *Valken.*

και το τεχος) Vind. Med. Ask. Pass. και ab-
erat Ald. &c.

κατ' ολιγους) κατ' ολιγον Arch., καττα λογους Pass. Comma post Περσικων, Ald. Camer. I. II. idemque post Αρταυντης μεν.

Ιθαμιτρης) Med. Pass. Ask. Arch. Valla. Ιθαμιτρης alii cum Ald. Redi ad lib. 8. 130. Punctum post αποφευγσει Ald. Camer. I. II. comma in his post μαχομενοι.

ad Cap. CIII.

Post αυτων abest comma Ald. Cam. I. II. των Έλληνων) non habet Arch. neque Vind. Comma post αλλοι τε Ald. Cam. I. II. *Perilous* in Vallae Latinis ex Περιλωος.

των δε) Arch. Vind. verius: alii των τε. Post στρατευομενοι nullum comma Ald. Cam. I. II.

οντες τε εν) Arch. Vind. cum Pass. Ask. quod placuit, ενοντες praeterea Ask. τε non habet Ald. &c.

ετεραλκεια) υπεραλκεια Arch. Vind. & ηδυναστο. Nequidquam codd. quidam innovant. Veritur pertinacior. Praeferrem, Stephano monitore, in alteram partem inclinantem, qualis Αρηε στεραλκης five νικοφορος, uti Schol. Aeschyl. Pers.

56. Sed relege observata eruditissimi viri ad III. 11. Wessel.

ad Cap. CIV.

Μιλησιοισι) Μιλησιοι Arch.

προσεταικτο μεν των Περσεων) Superius c.

18. Persae τας διόδους — προστασσαι τοισι Μιλησιοισι φυλασσειν. Ergo προς των Περσεων, nisi ex composito verbo pendere iubeas, praestiterit. Namque διόδους Περσεων quis ianxerit? Wessel.

εινεκα) εινεκε Ask. Arch.

ηγεμονας) ηγεμονα margo Steph.

τω στρατοπεδω) εν τω Arch. Vind.

τηναντιον) το εναντιον idem.

αι δη εφερον) αι διεφερον Pass. Arch. ortum

ex prononciatione Reuchliniana.

ad Cap. CV.

Post Αθηναιοι punctum Ald. Cam. I. II.

Ευθυνο) Ευθονε Med Pass. Εσθυνο Ask. Ευθυνο Arch. Valla, & vere: Ευθονε Ald. Paris. A. B. Licuit semper in ambiguis, a forte fortuna oblatum arripere. Ευθυνο, sed obscuri hominis, meminit Aristot. Rhetor. II. 19. p. 92. Δεινον εναυ, inquiebat Socrates, εσ ο μεν Ευθυνοσ εμαθεν, αυτος τε μη δυνατοταυ ευρειν. Neque ignotus Ευθυνοσ ex vetere responso, Ευθυνοσ κειται μοιριδιω θανατω i. e. Cicerone interpretante, Euthynous positur, Jatorum numine, letho Disp. Tusc. I. 49. Hermolycum παγκρατιασην non Pausan. lib. I. 23. ignorat. Wesseling. Post Αθηναιοισι τε comma, post Γραισω colon, post Κορινθιοι comma, idemque post Τροισηνιοι Ald. Camer. I. II.

ad

ad Cap. CVI.

Commata post τὰς μὲν & τὰς δὲ Ald. Camer. I. II.

ἡσας) νεας Arch. Ask. Vind., saepius. Post εὐγιαλὸν punctum Ald. Cam. I. II. comma habent post τευχος.

ὀπη) Med. Pass. Ask. Vind. Arch. antea ὀποι. Dederunt plures manu exarati ὀπη L. V. 87. pessum absque causa a Gronovio datum. *Wessl.*

κατοικισαί) Med. Pass. in ceteris κατοικησαι. Comma post τῆς Ald. Cam. I. II. Justum κατοικισαί iudicat *Wesseling.* recte.

ἀπειναί) Arch. Vind. recte, non ἀφειναί uti Ald. Post προκατησαι comma Ald. Cam. I. II.

εχον) εχον Pass. Arch. Ask. Quid hoc neutrum? an scribendum εχοντας? Nequaquam. εχον pro εχον imperfect. Jon. *Goldbag.*

εν τελει εσσι) Med. Ask. Pass. Arch. Vind., antea εν τελει, comma post εσσι Ald. Cam. I. II. Nemo de scripturae veritate dubitabit in posterum. Οἱ εν τελει qui in Magistratu sunt. Sic lib. 3. 18. τιθεναι τὰ κρεα τῆς εν τελει ἑκάστης εοντας, singulos civium magistratus. Ismene in Soph. Antig. 66. τοις εν τελει βιβωσι πεισομαι, & Philoct. 384. εκ αιτιωμαι κεινον ὡς τῆς εν τελει. Sed abstinco. Vide tamen Schol. ad Gregor. Naz. Stelit. I. p. 13. *Wessl.* Scripsisse videtur, ut est in Med. cod. Πελοπον, ἡσιων μὲν τοιοις εν τελει εσσι, Principibus civitatum Peloponnesi. In editione Gronovii memorati magistratus Peloponnesium nulli fuerunt: magistratus Lacedaemoniorum Vallae nitebantur verbis Schol. Thucyd. p. 40. 97., quibus etiam plus semel abusus

ius est Meursius; vere monuit Dukerus, non
acedaemoniorum tantum, sed & aliorum ma-
gistratus τελη fuisse dictos. Magistratus autem
et viri principes, οἱ ἐν ἀξιώματι, saepius etiam
dicuntur οἱ ἐν τελεῖ ὄντες. meminit Thucyd. V.
17, τῶν ἐν τελεῖ ὄντων Ἀργείων. Syracusanorum
magistratus οἱ ἐν τελεῖ ὄντες apud eundem VII.
73., paullo post vocantur ἀρχόντες: hinc Phi-
loni Jud. inter Aegyptios & Persas viri principes
sunt Ἀγυπτίων οἱ ἐν τελεῖ & οἱ ἐν τελεῖ Περσῶν,
p. 363. B. & p. 778. B. Ut Herodoto Πελοπον-
νησίων τοῖσι ἐν τελεῖ, Aeschyl. ab Stob. p. 63. 31.
κλυεῖν τὸν εὐθλόν ἀνδρα χρεῖ των ἐν τελεῖ. Sophi.
Philoct. 922. τῶν ἐν τελεῖ κλυεῖν. Valkebat.

τα ἐμπόρια) ἢ ἐμπορία Pass. Ask.

ἐξανάστησαντας) ἐπανάστησαντας Arch. Post.
νοικησῶ punctum Ald. Cam. I. II. commata in
his post Σάμους τε & post Χίος.

συκρατεύομενοί) κρατεύομενοί Arch.

πῖσι τε) Arch. Vind. Brit. Ald., ultimam
non habet Med. Pass. Ask. Sive adfit, seu de-
ficiat enclitica, parum intererit. Adest lib. 3.
74. ubi vide, Wessel. post ὄρκισι abest comma
Ald. Cam. I. II.

ἐμμένειν) ἐμμένειν aut ἐμμένειν ob adiunctum
μη ἀποσησισθαι aequius melius, quod Portum
haud praeteriit. Wesseling

εὐρησείν) εἶναι Ora Steph. Brit. mox ἐπ' Ἐλ-
λησπόντον Arch.

ad Cap. CVII.

Post βαρεβαρῶν comma nullum Ald. Ca-
mer. I. II.

ἀκρῶ τῆς) ἀκρῶ τε Arch. Vind. post Μυκά-
ρατ. Herod. Vol V. R λης

λης comma Ald. Cam. I. II. idemque post αλα
 vs, sed abest post κακῶς, & post Περσησι.

γυναικος κακιω) Eustath. in Hom. p. 668. 44.
 ποιευμονος) Med. Pass. Ask. Arch. Vind.,

antea ποιησαμενος.
 θελων) deest Arch.

φρασθεις) Eton. Ask. Pass. Arch. Vind. Brit.
 ora Steph. Antea cum Ald. φθας. Quod sen-
 tentiae congruere, largior atque agnosco ultro.
 Sed enim tanta codd. apparet consensio, iussus
 adeo urgens, ut obedientiam relinquere ab-
 nūam. φρασθεις advertens, φραζεσθαι & επιφρα-
 ζεσθαι c. 19. & in Porti penu copiosissima sunt.
 Wessel. Irruuntem cernens. Valla: non ille φθας,
 sed legit in suo cod. φρασθεις, quod in Arch. &
 Eton inventum exhibet etiam margo edit Steph.
 φρασθεις, επιφρασθεις, & καταφρασθεις Herodo-
 to in istam sensum adhibentur; sed neque alte-
 rum φθας hinc alienum est, hac etiam usurpa-
 tum structura; vid. ad Phoen. Eurip. 982. φθας
 si qui dant codd. videri forte poterit, utramque
 poluisse Herodotus: και μιν, επιθροντα φρασθεις,
 φθας Ξεναγορης — αρπαζεις μεσον, και εξαρας
 παυεις es την γην quoniam, cum accurrentem cerneret,
 praeverterens Xenagoras, — medium arripit, & subla-
 tum in terram statuit: ut apud Terentium subli-
 uium medium arripere, & capite pronum in terram
 statuerem: συναρπασας εξηρη est in Xenoph. Cyrop.
 p. 35. 340., Αρας μετεωρον es το βαραθρον εμβε-
 λω Aristoph. Equit. 1359. Valken.

Πηξιλεω) Πηξιλεω Ask.

Αλικαρνησσευς) Αλικαρνησσευς Arch. Vind.

οι Μασσιτω) Pass. Ask. Brit. Steph. margo,
 iusto

iuste arbitror: deerat articulus Ald. &c. Comma
post τισθμενος Ald. Cam. I. II

πάσης ηρξε Κιλικιης) Κιλικιης πάσης ηρξε Pass.
Arch. Ask.

πορευομενων) Desideratur in Med. Ask. Pass.
Parif. B. Brit. βαρβαρων vox ante εδεν, bene,
Icgitur βαρβαρων in Ald. &c. Dedi schedis Gronovioque, & βαρβαρων vocem in exilium egi,
necessarium minime esse, praecedentia com-
monstrant. Wessel.

τατων) abest Med. τατων Pass. Ask. Arch.
Vind. Post Σαρδισι' colon Ald. Cam. I. II.

εν δε τησι Σαρδισι) επι δε Arch. Vind., post
Σαρδισι comma Ald. Cam. I. II.

Αθηναων) Valla & Edit. Genev. 1678. verif.
sime. Αθηναίων codd. post απικετο colon Ald.
Cam. I. II.

ad Cap. CVIII.

ηρα) ερα Arch. Vind. sine αυζησει, non
item μοχ.

Post προσεφερετο abest comma, προσεφερα
Arch. Vind. Sequens excipit Priscian. L. 18.
p. 1204. Praestabilius videtur προσεφερε, uti in
duobus Mss.; sic sane αναγκαιην προσφερεν L. 7.
172. Wessel. Post Μαισισην comma Ald. Cam. I. II.
idemque post εχε.

εχε) ειχε Arch. Pass. Ask. Vind., & ευ γαρ
tantum Pass. Ask.

πρησσει του γαμον τατον) Haec salebrosa doctis
viris. Reiskius addit distinguitque πρησσει τον γα-
μον τατων τω παιδι — Δωρειω μνεεται θυγατε-
ρα. Abresch. vero, πρησσει τατο, τον γαμον
λαμβανει τω παιδι — θυγατερος της γυναικος

ταυτης. Quorum auxilium manu descripti libri averfantur. Sextio *θυγατερα της γυναικος* — per adpositionem, quam vocant, aptanda ad τον γαμον, neque adeo sollicitanda esse. *Wesseling*. Commata post *Δαρεια*, post ταυτης & post *Μασρσηω* Ald. Camer. I. II. in his punctum post ποιηση.

εκειτε) *εκειτε* Pass. Ask. Comma post *ηρα τε*, punctum post *θυγατρος* Ald. Cam. I. II.
Αρταυντη) *Αρταυντη* Pass.

ad Cap. CIX.

Post *τοιωδε* punctum Ald. Cam. I. II. commata in his post *μεγα τε* & post *ποικιλον*, idemque post *περιβαλλεται τε*.

παρα την) *προς την* Ask.

ταυτη) *αυτη* Vind. Arch.

οι γονεθαι — υπεργνημενων) Omittuntur sex ista in Arch.

Post *τη* & *δε* commata Ald. Cam. I. II. Ex vetere Aldi scriptura formabatur, *την δε, κακως — επαυ*. Recepta probior, neque ulla necessitudo, ut *η δε, κακως γαρ — επε*, fingatur. In formulae enim frequentissimo usu multiplex variatio, notata ad lib. I. g. *Wesseling*.

επε) Med. Arch. Pass. Ask. Brit.; *επαυ* Ald.

post *Ξερξη* colon Ald. Camer. I. II. comma post το in iisdem.

αν σε) *εαν* Arch. Vind. & mox *παντα*.

κεσνη) Pass. Ask. Vind. melius. *εκεσνη*

Ald. &c.

αιτησαι) *αιτησεθαι* Arch. Post *υπισχεσθε* comma Ald. Cam. I. II.

εγινετο) εγινετο Arch. Pass. Ask. Vind. post
δεναι punct. Ald. Cam. I. II.

και πριν) και negligunt Arch. Vind.
κατεκαζουσα) κατεκαζουσα Pass. Ask.

επειρεθη) επηρευθη Arch. male post πρησσαν
colon Ald. Cam. I. II. in quibus comma post
εδιδε, post κρατον, & post τς, και κρατον omit-
tit Ask. Comma post αρξεν Ald. Cam. I. II.
idemque post επιειδε & εφορε τα.

ηγαλλετο) αγαλλετο Pass. Arch. Vind., more
Jonum: ηγαλλε το alii cum Ald.

ad Cap. CX.

ταυτη) αυτη Arch. Comma post vocem
Ald. Camer. I. II. in his post εγχοτον punctum.

Φυλαξασα δε) citat Suidas in v.

Post ημερη τη comma Ald. Cam. I. II. εν ημε-
ρη Arch. Vind. Athen. excitans lib. IV. 10. p.
146. C. Intererit parum, five praepositio acce-
dat, seu tacita relinquatur. *Wesset.*

τυκτα) τικτα Arch. Brit. την in seqq. negli-
gunt Vind. & Arch.

σμαται) habet & Athenaeus: noster forte
scripserat σμεται. Sic in nullo cod. legitur κοσ-
μεται, neque legisse videbitur illud Valla, cu-
ius ornatur eam mihi moverat superius memo-
ratam coniecturam. Casaubonum σμαται hic
explanantem sequitur Gronov. *Valkenar.* Omnes
σμαται, nec Vallam suspicor, etsi laxius expres-
serit, aliud ob oculos habuisse. Magnum Athe-
naei animadversorem laudo vehementer, de
smegmate, nisi fragrantius oleum praetuleris,
quo regium caput fuerit delibutum, & deinde
defricum, coniectantem. Omnium aptissima
sunt

sunt a Gronovio itidem signata, haec de lib. IV. 73. ubi Scythae, a funere recentes, *σμησαμένοι τας κεφαλαις, και εκπλησμένοι, utique capita, sive foedati antea, seu quomodocumque liti, defricantes atque abluentes.* Huc referre mihi posse video Strabonis verba, *εταν δε βασιλευς, Indorum rex, λη τον τρηχαι, μεγαλην ερετην αυγασι, και μεγαλαι θωρα πεμπειαι* L. XV. p. 1046. A; habent certe quidem ad sine aliquid. *Wessel.*

ο βασιλευς) Vind. Arch. Aberat *ο* Ald. &c. tum *Περσας* Med. Brit. Ask. Pass. prius *Περσας* cum Ald. quo etiam modo Athen., sed *τας Περσας* Arch.

χρηζες) *δεσται* Arch., in cuius margine vulgatum *δεσται* minime futile; plures idem si praeberent, in maiore versaretur honore. *Wesseling.* Post *Ξερξου* abest comma Ald. Cam. I. II. habent id post *ο δε*, & post *επισηετο* punctum, idemque post *παραδεναι*, comma vero post *χαι τε*.

ad Cap. CXI.

μεν τοι) *μεν τοι γε* Arch. Comma post *την* *μεν* & post *τα*, punctum post *βουλεται* Ald. Camer. I. II. in quibus colon post *ταυτε*, punctum post *αδελφους*, colon post *αγαθος*, commata post *ταυτη* & *τη*, itemque post *την* ante *δε*.

εμοι) *μοι* Vind. Arch.

αποθωμιαδαις) *αποθωμιασας* iid. cum Ask.

με γυναικα) Arch. Vind. Alii *μοι* cum Ald. Proxime consequens *ταυτην με κελυεις* hoc ad sanitatem revocat *Wesseling.* Post *εκ της* comma Ald. Cam. I. II.

τρεις) Praetereunt hanc vocem Arch. Vind. Pass. Ask. Valla. quae absentia in tot bonae notae

he membranis considerationem meretur, siquidem sine ea filum sermonis cohaeret, & filiarum quoque nullus finitur numerus. Superat tamen praesentia scribarum captum, videturque approbanda. *Wessel.* Comma post τῶν Ald. Camer. I. II. idemque post γυναῖκα, & post ἡσῶν.

μετεντα) Arch. Vind. quibus dialectus favet, & Calliope c. 61., μεθῆντα reliqui cum Ald. τῆν iidem & Pass. Ask. Brit. ora Steph. Satis ex usu, etiam in vicinis. Post ἔγω δε abest comma, neque abest post ποιουμαι Ald. Cam. I. II.

μεγα μεν) μεγα Arch. Vind. Alii μεγαλα. Ne hac in dictione Scriptor a se secederet, primas Arch. & Vind. concessi, qua super re in L. III. 42. *Wessel.* Hic certe placet lectio Arch. In istiusmodi formulis μεγα ferme tantum reperitur eadem, qua hic structura positum in Xenoph. Cyrop. V. p. 76. ἔγω μεγα ποιουμαι Φιλον τετο το χωριον, τοις πιδαι συμμαχοις καταλιπων, ut est in cod. m^s pro καταλιπον ut μεγα ποιουμαι frequentatur & μεγα ηγαμαι, & μεγα τιθεμαι. Merito tamen dubitat vir celeb. probandumne sit ap. Herod. III. 42, quod vulgatur μεγα ποιευμενος ταυτα an, quod offerunt duo codd. μεγαλα ποιευμενος ταυτα. *Valkenar.*

εδεταρα) εδτερον iidem. Post δεομενος punctum Ald. Cam. I. II. abest his comma post θυγατρι, & abesse debet.

ησῶν) Arch. Vind. Pass. & Ed. Genev., prius ησῶν, uti Ald. Post ο μεν comma Ald. Camer. I. II. ησῶν pluribus in coniecturam incidit, ante omnes Porto, Nunc nihil eo certius. *Wessel.*

τοις τοις αμειβετα) τριτοις αμειβετο Arch.
Vind. Post θυμωθεις comma, post ταδε punctum
Ald. Cam. I. II.

δη τοι) δη abest Arch. Vind. Pass. Ask
δοιην) δαιην Ask. Brit., in Pass. iunctis tribus
αντιδωην, & Thomas Mag. olim, qui nunc ore
Oudendorpii prioribus consentit in Διδωην. Alii
δοιην, cui supra sunt locus saepissime.

γηναι) γοναικα Arch. Vind.

πλευνα) Med. Pass. Ask Paris, B. etc. πλενα
reliqui cum Ald., quod nec necessarium est.
Post ενοικησεις comma Ald. Cam. I. II. in his
colon post εζω, & post απολυσας.

ad Cap. CXII.

Commata post χρονα & εν τω Ald. Cam. I. II.
εν ω Arch. Vind.

Αμητρις) Αμητρις Ask. saepeque.

την Μαισισην) τα Μαισιση Pass., & dein-
ceps μασης Arch. Vind. quod ubi volueris, ad-
erit e scriptis facultas, modo ne adscripta lib.
IV. 204. flocci feceris. Wessel. Post διαλελυμα-
μενην colon Ald. Cam. I. II.

ad Cap. CXIII.

Abest comma post Μαισισης Ald. Cam. I. II.

Βασιληα) Βασιλευ Ask, Vind. Arch. com-
ma post vocem Ald. Camer. I. II. nullum post
αγνοτα.

δοκεεν) Arch. Vind. Pass. Ask. Antea cum
Ald. δοκει. Formulae veterum cultum membranae
reddunt, Eadem lib. IV. 168. aliisque locis.
Εμοι δοκεεν Sophocles, Thucydides, Philostratus
&c. Adi Abresch. Diluc. Thucyd. p. 5. Wessel.

κατεκτησεν) κατεκτησαν Ald. Camer. I. II.
 εσεις Arch. Μοχ της παιδας αυτη Ald.

την βρατην την εκεινη) Suspicio vocem gra-
 ην, ex proximis inhaerentem memoriae scri-
 entis, alterius vice male fuisse repetitam: qui
 nsis abierat cum liberis, και δη γε τισι και αλη-
 οισι, quique necdum pervenerat ad suam praes-
 ecturam, is minus commode dici poterat, iam
 tunc secum habuisse exercitum. Multo mihi vi-
 deretur accommodatius, si a Xerxe missi in via
 licerentur interfecisse αυτον τε εκεινον, και της
 παιδας αυτης, και την θρασπηην την εκεινη: si hoc
 liunde firmamentum acciperet. Valkenar. Post
 ταιαστου comma, post εγενετο colon Ald. Ca-
 mer. I. II.

ad Cap. CXIV.

Post ορμενον abest comma Ald. Camer. I. II.
 ορμενον Arch. Vind., cui augmentum, Ionico more,
 abest. Comma post εν θευτεεν δε Ald. Cam. I. II.
 idemque post τας ante εδοκεον.

ενεκα) εινεκεν Vind. Pass. Arch. Post Πελο-
 πονησιοισι comma idemque post αι μεν Ald. Ca-
 mer. I. II.

διαβαυτες) διαβαλοντες Arch., satis con-
 cinne, si qua necessitas. Vide. c. 88. διαβαλον-
 τες, quod ex Arch. memorat Galeus, proba-
 rem, ut aliquoties adhibitum Herodoto VI. c.
 44. V. c. 33 & 34. In eundem sensum διαβαλ-
 λειν posuit Thucyd. II. 83. VI. 30. Aristides T.
 3. p. 577., εις Φιλαια διαβαλον. Eunapius in Pro-
 aeres, p. 129. διαβαλεν εξ Ασιας εις την Ευρωπην.
 Valkenar. Post απολιθηκεον colon Ald. Cam. I. II.

ad Cap. CXV.

Nullum comma post τρυτη Ald. Cam. I. II.
 ισχυροτατη) ισχυροτερη Brit. ora Steph.
 Nullum comma post συνηλθου Ald. Cam. I. II.
 των περιοικιδων) non est in Arch. Ask.
 Οιοβαζος) Οιαβαζος Arch. Valla, & ος α,
 sine τα medio.
 εχον) ορχον id. Vind. Pass. Ask.
 επιχωριοι) οι επιχωριοι Arch. post Δαλλου
 punct. Ald. Cam. I. II.

ad Cap. CXVI.

Post δανος de comma Ald. Cam. I. II. idem-
 que post Αθηναις.

Ελαιεντος) Med. Pass. Ask. Paris. B. Alii
 cum Ald. Ελεντος, Ελεντι, Ελεντα. Adi ad L.
 6. 140. 7. 21, tum αιτησαι loco υπελομενος Arch.
 Vind. Valla: non illi quidem absurdi, εξαπα-
 τησε tamen obest. Scripserat υπελομενος, sicut
 c. 83. Wesseling. Quum Xerxem circumvenit Ar-
 tayctes, nondum dici poterat Protefilai τα χρη-
 ματα υπελομενος: hoc itaque e sequentibus hoc
 ab alia manu videtur illatum, ab Herodoto au-
 tem scriptum αιτησαι. Vallae lectum dat Arch. —
 Nomen urbis Chersonesi Thraciae diverse scri-
 bitur Ελενς & Ελαιενς, docente Wesseling. ad
 Diodori XIII. 39. Mihi quoque legitima scri-
 ptio videtur Ελαιεντος. Prope Elaeunta, atque
 huius templi Protefilai reliquias, scenam con-
 stituit suorum heroicorum Philostratus, de Ar-
 taycte nostro narrata respiciens p. 672, ubi
 templum memorat, εν ω καται τρε πατεραι ο Μη-
 δος υβριζε iuxta Herod. spoliato templo quom
 Elaeun-

Elaeunta venerit Artayctes, εν τω αυτω γυναιξει
εμισγητο: conf. VII. 33. Valken

σην) ην Arch. Vind. Ask. Comma post χρυ-
σει Ald. Cam. I. II. idemque post τα ante Αε-
ταυκτης.

Ξεξεσα διεβαλετο) Ξεξεση Arch. Ask. Vind.
& διεβαλετο Arch. colon post vocem Ald. Ca-
mer. I. II.

γην την σην) γην την Arch. Vind. την Ald. &
alii omittunt, tum στρατευσαμενος Arch. Med. Pass.
Parif. A. στρατευομενος Ask. Ald. Vind. Parif. B.
Post απρθανε punctum Ald. Cam. I. II. in his
commata post υποτοπηθεντα & των.

νοσων) ποιων Arch.

Περσαι ειναι) ειναι Περσαι idem Pass. Ask.

και το τεμενος &c.) Ald. Ask. Pass. & ceteri
cum Edd. Aberat ab ultima Editione Gronovii.

προσδεκομενος) Arch. Ask., prius προσδεχο-
μενος contra morem.

αφυκτως) αφυλακτω Arch. Vind. quibus ad-
dit Parif. D. in cuius margine a manu receptio-
ni: αφυλακτω τε καις — Lurker. qui probavit, una
cum Degenio. Litem voci schedae movent. Ago,
intueamur. Αφυκτον, omne, quod evitari qui-
tum non est. αφυκτος θανατος Simonidi in Con-
sol. ad Appollon. Plutarchi p. 107. B, αφυκ-
τος αναγκη Philosopho de Pythagorae schola ap.
Stob. Ecl. Phys. p. 8, το πεπωρωμενον αφυκτον Al-
ciphr. lib. I. Ep. 25. Sed Artayctes, modo pro-
vide & consulto egisset, aut vitare obsidio-
nem, aut apparatus ad eam tolerandam sese
potuerat instruere. Neutrum observavit; unde
ex inprovisis, uti Valla, αφυλακτω, non αφυ-
λακτως, membranae Arch. & Vind., supervo-
nerunt.

nerant. Simile Polyæni VIII. 36. ἐπιθεσθαι τοῖς
 πολεμίοις — καθευθεῖσι καὶ ἀφυλακτοῖς. Pliu
 T. 2, p. 262, C. καὶ τὸν Ἀριστοδημὸν ἀσπλὸν καὶ
 ἀφυλακτὸν παρεσπείοντες διαφθαρεῖσι. Hero
 diani VI. 5. ἄτω γὰρ ὤστο — ἀφυλακτῶς καὶ
 ἀπροσπῆκτος αὐτοῖς ἐπιλευσεῖται. Quæ cuncta, si
 vetustis libris paria faciam, a me impetrant; ali
 opinatis præscribitur nihil. Wessel. Post ἐπεπείσα
 colon Ald. Cam. I. II.

ad Cap. CXVII.

καὶ ἠοχαλον) Defit. καὶ Arch. Vind. ἠοχαλον
 Pass. & antea ἐπιγινετο idem atque Ask.

ἀπαγοιεν) Med. Pass. Ask. Brit. quod bo
 num, vid. Gronov, qui; ἀπαγοιεν Ms. longe con
 venientius est, vel magis necessarium, quam
 vulgata lectio fere supponat, id iam factum
 esse, ut c. 113. Antea cum Ald. ἀπαγαγίεν.
 Post οἱ δὲ comma Ald. Cam. I. II. quod abest
 post ἠφασαν.

ad Cap. CXVIII.

τειχεῖς παν) Τρία ἀμφὶ τῶν Ἀρταῦκτεα post
 τειχεῖ non sunt in Brit. Med. Pass. Ask. Paris. A.
 B. Interposita ἀμφὶ τῶν Ἀρταῦκτεα, adprobata
 priscorum codd. & Gronovii sententia, ablegavi,
 unde venerant, quippe scribarum insiticiam glof
 fema Wesseling.

παν ἠδῆ) παν δη Arch.

δη ὑπερ) δη non novit Arch. Vind., qui op
 χοντο. Post δὲ Ἀρταῦκτεα comma Ald. Cam. I. II.
 idemque post τη ante ην.

τῶν πολεμίων) Pass. Ask, inde articulus, qui
 aberat Ald. &c. Cominata post τῶν δὲ & πλευνας,
 colon

colon post *εδιώκον* Ald. Cam. I. II., in quibus comma quoque post *οἱ δε*.

ad Cap. CXIX.

εκφυγοντας) *εκφυγοντας* Arch. Vind. & *Θρηπην*, *Θρηπες*. Post *σφοτερον* punctum Ald. Cam. I. II. *υπεροι*) *υπερον* Arch. Vind. & *μοχ και ως cum* Pass. Ask.

ολιγον εοντες) Pass. Ask. Vind. Brit. Ald. & priores editi, *ολιγοι* Arch. Valla. Placuerunt priores. Ignotum, unde *ολιγοι εοντες*, quave auctoritate in postremam (Gronovii) venerint editionem. An de Vallae Latinis? nam de Arch. scriptura Gronovio noticia nulla. Pristinam *ολιγον εοντες* ad viciniam Aegosi fluminis, paulatimque ultra id progressos ducit. Paucos autem admodum fuisse, qui fugerunt, liquido haut patet. Satius erit, illibatum illud servare. *Wesscl.* *ποταμων*) Med. Pass. Brit. Ask., olim cum Ald., *ποταμω*.

Comma post *οι μιν* Ald. Cam. I. II.

ηγων) *ηγαγον* Arch. Vind. Comma post *αυτων* de Ald. Cam. I. II. idemque post *αυτον τε*.

ad Cap. CXX.

Χερσονησιων) Arch. Vind. rectissime *Χερσονησιωτων* prius ex Ald. Comma post *καταμενοι* Ald. Cam. I. II.

επαλλοντο τε) Excitarunt Athen. III. p. 119. E. & Eustath. ad Hom. p. 1728, 35. sed ambo *ησπαιρον*, quod pati possem, si quae gravis urgeret causa. Simile Apollodori Bibl. III, 12. 6. *και ασπαιροντα τον παιδα ιδων επι τα πυρες, εβαωθε*. Aeschyli Pers. 983. Eurip. Iphig. Aul. 1587. Sed Apol. Rhod. IV. 874. *εισειησε Παιδα Φιλον σπαιροντα δια φλογος*. Junge Valken. observata L. 8. 5.

Wesseling. Quam verbo formam induit VIII, ἡσπαιρον hinc excitat Eustath. in Odyss. M. p. 497. 30. *Valkenar.* Post ἐπαλοῖτο τε comma Ald. Cam. I II.

νεοαλωτοι) Med. Pass. Ask. Paris B. Alii cum Ald. νεαλωτοι Opportunum adest Dion. Cass. XLIX p. 473. E. των τε νεοαλωτων τινες και Δαλμαται τον αυτοις επανεσησαν, de recens captis *Wess.* Post εφη punctum Ald. Cam. I II.

το τερας) defit το Arch.

Ελαιεντι) Ελεγκτι Ald &c. vid. supra.

ων) Omitit Arch.

τινεσαι) σινεσαι Arch. σινσαι Vind Colon post vocem Ald. Cam. I II. Haereo, servemne τινεσαι, an σινσαι praepotem: hoc Eustathium vidisse, ipsius βλαψαι testificatur. Enimvero conspectius inter variantes, quas dicunt, existet, *Wess.* Sum hic τινυσαι, id est τιμαρσαι, probabiliter posuerat historicus. Hoc spectans Pausan. III. p. 213. Πρωτεσιλαος, αιτ, εν Ελαιεντι, εδεν ηρωσ Αργε Φανερωτερος, ανδρα Περσην επιμαρσαιτο Αρταυκτην. *Valken.*

αποινα οι) de Ραυω αποινα μοι ταδε — quoniam τιμημα επιδειαι in multa irroganda teritur; qui mihi quidem oblitus inter coniectandum videtur, αποινα Nostro praemia esse, quae pro capite penduntur, L 6. 79. *Wesseling.*

επιδειναι) επιχθηναι Pass Commata post χερματων, & των Ald. Cam. I II. idemque post εμεαυτε, & post δικουσια.

Αθηναιοισι) Non est in Arch. nec Valla.

υποσχομενος) υπισχομενος Pass. Ask., υπσχνεμενος Arch. ora Steph., quorum elige, quod iubet.

Ελαιουσι) Med. Pass. Ask., ceteri cum Ald. Ελεθυτιοι, tum Πρωτσειλαω Arch. Vind. Brit. Pass. Ask., vere; Πρωτσειλαω Ald. Med. &c. Post κατὰ χερσηθηναι colon Ald. Cam. I. II.

ὁ γὰρ) desideratur in Pass. Arch. Ask. Brit. Comma post ακτην & εἰς την Ald. Cam. I. II.

Comma post οἱ δε Ald. Cam. I. II.

παλιος) Vind. Ask. Pass. non πολως, quod olim. Porro σανιδας Pass. margo Steph. & Brit. Vid. Eustath. Hom. p. 1923, 46. Reiskius σανιδι Frustra. Noster lib. 7. 33. ζωντα προς σανιδα προς διεπασσαλευσαν, quod geminum: considerandum enim, ανεκρεμασαν προς σανιδα πασσαλευσαντες. Vide ibi. Wessol. Post ανεκρεμασαν punctum Ald. Cam. I. II.

ad Cap. CXXI.

Post ποιησαντες comma Ald. Cam. I. II.

εἰς τα ἱσα) Pass. Ask. Arch. Brit. Ald. neglexerant articulum recentiores. Post εγενετο colon Ald. Cam. I. II.

ad Cap. CXXII.

Αρεμβαερης) Αρεβαερης Arch. prave. vide lib. I. 114. Comma post τον ante εκανοι Ald. Camer. I. II. in his colon post ταδε.

